Et hinc & illinc mulier feret imaginem.
Atque eadem erit, uerum alia eſſe aſſimulabit.
Ita ſublinitus eſt cuſtos mulieris.
Sed foriſ concrepuit hinc á vicino ſenis,
Ipſe exit: hic ille eſt lepidus quem dixi ſenex.

PERIPLECTROMENUS SENEX. PALESTRIO SUUS.

Ni hercle defregeritiſ talos poſthac queq; in teguliſ
videritis alienum: ego ueſtra faciam latera loreare.
Mihi quidem iam arbitri uiſunt meæ quid fiat domi.
Ita per impluvium intro ſpectant: nunc adeo edico omnib;.
Quenque a milite huc uideritiſ hominem in noſtris tegulis
Extra unum paleſtrionem: hunc deturbatote in uia.
Quod ille gallinam aut columbam ſe ſectari aut ſimiam
Dicat: periſtis ni uſque ad mortem male mulctatis.
Atque adeo ut nec legi fraudem faciam talariae.
Accuratote: ut ſine aliiſ domi agitem conuivium
Pal Neſcio quid malefactum noſtra huic familia eſt. q̃tum audio.
Ita hic ſenex taloſ elidi iuſſit conſeruis meiſ.
Sed me excepit nihilifacio quid illiſ faciat ceteriſ.
Aggrediar hominem: eſt ne aduorſum: eſt quaſi.
Quid agiſ periplectomene? Per haud multos homineſ ſi optandum
Fuerit nunc uidere & uenire q̃ te mauellem. Pal quid eſt.
Quid negotii eſt. Per reſ palam ẽ. Pal que res palam eſt.
Per De teguliſ modo neſcio quiſ inſpectauit ueſtror familiarium
Per noſtrum impluuium intus apud nos philocomaſium atq; hoſpitem
Oſculantis. Pal quiſ homo uidit. Per tuus conſeruus.
Pal Quiſ is erit homo. Per neſcio: ita abripuit repente ſe ſe ſubito.
Pal Suſpicor me periſſe. Per ubi abiit, conclamo, heuſ quid agis tu inq̃.
Ille mihi abiens ita reſpondit: ſe ſectari ſimiam.
Pal Ve mihi miſero cui pereundum eſt pp nihil beſtiam.
Sed philocomaſium hiccine ẽ eſt nunc. Per cum exibam hic erat.
Pal Si eſt iube tranſire huc q̃tum poſſit ſe ut uideant domi
Familiares. niſi quidem illa noſ uolt, qui ſerui ſumus
Propter amorem ſuum omniſ crucib; contubernalis dari.
Per Dixi ego iſtuc niſi quid aliud uiſ. Pal uolo hoc dicito.
Parumq; artem & diſciplinam obtineat, color eſt & q̃admodum

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 140r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/140r)